


Barthold Krakewitz von Johann Corvinus

Disputatio Theologica De Omnipraesentia Christi Theanthrpu, Invictis Fundamentis Asserta,

[Greifswald]: Ferberus, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730464768>

Druck Freier  Zugang





Ep. 368 p
A - H
B - I
- A - E
A - D
A - D
A - E

AD

57 6.7

Fig - 11871 - 7.



827

Disputatio Theologica

DE

OMNIPRÆSEN-
TIA CHRISTI ΘΕΑΝ,
ΘΡΩΠΟΥ,

INVICTIS FUNDAMENTIS
ASSERTA,

Quam

Sub auspicijs Sanctæ & Individuæ Trinitatis,

PRÆSIDE

B ARTHOLDO KRAKEVITZ, SS
Th. D. & Professore Ordinario, ceteriorisq; Pomera-
niæ Superintendente.

*Pro Licentia consequendi Gradum Doctoris
in SS. Theologia,*

Publicè, in Academia Pomeranorum, ad diem
16. Aprilis defendendam suscipiet

JOHANNES CORVINVS GVSTRO-
VIENSIS MEGAPOLITANVS.

••••• (:) •••••

Typis A. Ferberi Anno Christi M. DC. XVI.

Illustrissimis & Celsissimis Princi-
pibus ac Dominis

DOMINO

ADOLPHO FRI-
DERICO

ET DOMINO

IOHANNI AL-
BERTO

*Ducibus Megapolensibus Principibus Henetic. Co-
mitibus Sæverinensibus provinciarum Rostochien-
sis & Stargardiensis Dynastis
Dominis meis Clementissimis.*

*salutem & perpetuam
felicitatem*

ILLVSTRISSIMI PRINCIPES
DOMINI CLEMENTIS SIMI.

Sin rebus fidei, aeternam salutem concernentibus, humanae rationis iudicium audire, vel haeticorum placitis stare aequum, & tutum esset, tunc & de multis alijs religionis Christianae articulis, & de hoc quoq;, qui agit de omnipraesentia Christi Dei & hominis, ex Scriptura sacra aliquid commentari, stultum magis & supervacaneum, quam pium & necessarium foret. Ratio enim humana ut non capit, quae Spiritus sanctus in verbo suo de Deo Incarnato seu homine facto tradit, quod natus, passus, & mortuus sit, sic quae de homine Deificato seu Domino facto, in & ab eodem docentur, quod resurrexerit, in Caelum ascenderit, ad dexteram maiestatis divinae confederit, & omnia praesenter ac potenter gubernet, tantum non pro fabulis & deliramentis habet. Nam haec neq;, ex principijs nobiscum natis probantur, neq;, ex contemplatione operum & effectuum Dei, vi naturalis dialecticae colliguntur, neq;, per causas cognoscuntur, sed talia sunt, quae Deus ab aeterno secundum merum beneplacitum suum ita ordinavit, & in tempore quoq;, executus est. Quorum rationes quia animalis homo nullo acumine perscrutari & investigare valet, idcirco pessime etiam de his mysteriis iudicat, & consultius multo esse existimat, perpetuo silentio illa involuere, quam operose adniti ut hominibus inculcentur, quae sic omnem rationem superant & naturam excedunt.

Haetici autem huic articulo tam infensi sunt, ut vel ad solius mentionem illius excandescant, & praeter omnibus
):(alius hunc

aliis hunc eligant quem in odium orthodoxarum Ecclesiarum malitiose exagitent. Est enim hic ille, ex quo varij generis calumnias depromunt, quibus Ecclesias nostras onerare, & barbae absurdæq; alicujus religionis suspectas reddere, summis viribus allaborant. Nec satis habent Cœtui nostro affinxisse, quicquid ira indignatio, & mala mēs cōmotis animis suggerere solet, sed inutile quoq; esse existimāt, pro prasētia Christi ^{beatæ} ^{væ} in Ecclesia pugnare, cū Deus alias nullo negotio, etiā sine hac, homines ad se convertere, & salutem in illis operari possit. Qui ergo tractationem hujus loci theologici planè omittit, vel suspensâ saltē manu de illo differit, is horum Mitionum odium non incurrit, imò hominis pacifici & litium fugitantis laudem meretur. Sed qui insuper hic Zwinglij Al-tæosin, larvam illam Diaboli propulcra Christianorum, Veritate amplectitur, & secundum illam talem in cerebro suo Christum fingit, secundum quem Christianum appellari non multum conducibile est vab quam grandem gratiam & solidam gloriam apud hos Nestorij nepotes is sibi parat!

Hilarius lib. 7.
de Trinitat.
ferè in fin.
Johan. 5. v. 39.

At verò cum indubitata certitudinis sit, à Deo discendum esse quicquid de divinis intelligi conveniat, consequens quoq; est, in fidei negotio solum Deum audiendum, in illis quæ salutem eternam concernunt, sacrarum literarum præcitis unicè standum esse. Et quia locus de omnipresentia Christi Dei & hominis, firma & immota fundamenta in verbo Dei habere deprehenditur, utiq; non oportet sicco pede illum præterire, multo minus ex censu & numero articulorū fidei expungere atq; in explicatione illius rationis dictamen & adversariorum clamorem attendere

tendere. Sed aequum est ut hic ex Lege & Testimonio sapiamus, & secundū severum mandatum Salvatoris nostri omnia discamus & doceamus quae ille praecepit, utcumq; multa occurrant quae Judaeis scandalum, Graecis risum, & malis Christianis bilem moveant. Hoc nisi fecerimus, de nullo omnino fidei articulo rectè sentire & tutè scribere poterimus, ne de illo quidem, qui mysterium de Trinitate personarum in unâ essentiâ divinâ explicat. Nam neq; hic ad principia rationis quadrat, & ut locus de omnipresentia Christi ^{ὁμοούσιος} Zwinglio-Calvinianos & Jesuitas, sic ille Neoarrianos & Photinianos hostes habet acerrimos; qui impigro quoq; & impio labore hoc agunt, ut illius in credendo necessitatem ex finibus & terminis Ecclesiae eliminent.

Ab sit autem à Christi discipulo qui verè talis est ita uti nomen possidet, ut in hoc Christiana doctrina capite, sinistrum rationis iudicium quicquam moretur, aut in gratiam adversariorum à studio asserendi gloriam & veritatem Magistri sui aliquid remittat. Quin potius secundum praeceptum Apostoli rationem captivam ducat in fidei obsequium, loquatur quod credit, & Salvatore suo in verbo praecunte, latè conscientiâ & alacri animo vestigia illorum premat, quae ab initio certaminis de Christi omnipresentia secundum utramq; naturam, thematis huius theologici firmitatem, illiusq; pium & necessarium in Ecclesia usum propugnarunt & demonstrarunt. Nec segniorem se praestet in defendenda veritate, quam in illâ oppugnandâ experitur adversarios, qui ex merâ recordiâ maligni Spiritus instinctu, litem de articulo hoc Ecclesia

Christi

Matth. 28. v. ult.

Christi moderunt, cuius occasionem paucis expendere opera precium est.

Non tam irrepserant superioribus seculis, quam plenis plaustris invec̄ti erant à Pontificibus Romanis, in Dei Templum, fœdi & detestandi errores sub quorum onere Christi sponsa, ut olim populus Israëliticus sub jugo servitutis in Ægypto premebatur & gemitabat Inter quos non postremi erant, quod misera plebs in Pontificatu, homines piè defunctos, & hostiam in Missa à Sacrificulo quodam consecratam, & in Christi corpus (sic nugabantur) transubstantiatam, sub certissima spe exauditionis adorare jubebatur. Ab hac sacrilega superstitione & sexcentiis aliis impijs nanijs, cum ex immensâ suâ misericordiâ Deus Ecclesiam liberare vellet, excitavit Martinum Lutherum, illumq; pio zelo armavit, ut gladio verbi Divini forti pectore & armis, hos errores, ceu venenatas herbas ex agro Dei exstirparet. Aggrediebatur vir ille, arduum hoc & plusquam humanum negotium, & Christo Duce & auspice, non infeliciter illud exequebatur. Monstrabat enim Jesum Christum agnum Dei peccata mundi tollentem, unicum inter Deum & homines Mediatorem, & non Sanctos invocandum: In Sacra autem Cœna cum pane & vino benedicto corpus & sanguinem illius edendum bibendumq; esse, & non in Missa illud adorari debere. Atq; hæc ex scriptura sacra tamen evidenter & perspicuè, ut etiam quorundam præfractorum adversariorum oculos, in pontificatu, lux illa veritatis persisteret, qui propterea, quod in criptura parum sibi præsidij paratum animadvertent, ad humanas traditiones & Ecclesiæ auctoritatem confugiebant.

Non potuit

Non potuit hoc non agerrimè ferre qui DEI àvnuet-
 est, & nihil minus vult, quam ut homines per Dei
 verbum purè predicatum, ad agnitionem veritatis perve-
 niant & salventur. Ideoq; pro curâ illâ quâ supra quam
 cuiquam hominum credibile est, pro regni sui incolumit a-
 te diligentissimè excubat, non putavit sibi diutius quies-
 cendum esse: Et quia superstitioni non multum amplius
 fidebat, per contrariam viam, per incredulitatem nimi-
 rum, homines ad se pertrahere, & Evangelij cursum im-
 pedire, medium expeditum arbitratus est. Egressus ergò
 à facie DEI, per modum Carolstadium, hominem prophanū
 & seditiosum, ut realem presentiam Corporis & Sangui-
 nis Christi in S. Cœna planè negaret, & nil nisi merum
 panem in illa relinqueret, quem Pontificū antea sustuler-
 rant. Hic quia intelligebat verba institutionis hoc est
 Corpus meum, quod pro vobis traditur: Hic est Sanguis
 meus Novi Testamenti, qui pro vobis effunditur in remis-
 sionem peccatorum: valdè clarum gignere sensum, ex quo
 sequeretur Christum non solum in administratione Cœna
 verè adesse, sed etiam cum externis Symbolis, Corpus &
 Sanguinem suum communicantibus distribuere: primum
 in has cogitationes incubuit, quomodo interpretatione a-
 liquâ illa enire posset, ne institutum morarentur. Arri-
 piens igitur particulam H O C, negabat illam de pane,
 quem Salvator noster discipulis porrexisset, accipi oportere.
 Nam agebat, Christum postquam gratias in institutio-
 ne Cœna Patri suo Cœlesti egisset, panem fregisset, discipu-
 lis dedisset, atq; dixisset, accipite tunc quasi aliud agen-
 tem, & sui ipsius oblitum, digitum in se, & in corpus suum,
 quo visibiliter mensè absidebat, intendisse, atq; de illo pro-
 nunciassè

Videatur Phil.
 Melanth. in E-
 pist. ad Myco-
 num.

Lutherus Tom.
 3. Fenens wi-
 der die Dem-
 tischen Pro-
 ph. ten.

nunciasset hoc esse corpus suum. At hac violenta & profana illusio, non verò interpretatio verborum Cœna erat; ideo etiam nullum præter hunc turbidum hominem, Patrum invenit, qui etsi gloriabatur se interpretationem hanc, ex viro quodam, qui Cœlestis pater fuisset, didicisse non tamen potuit impellere quenuquam, ut crederet tam fanaticam glossam supremum illud Numen aut horem habere. Carolstadius ergò stupidior videbatur Diabolo, quam qui Ecclesias sufficienter turbare posset, ideoq; illum sibi relictum ad alia reservabat, satis habens initium hujus tragœdia fecisse. Non multum post hunc excitavit Huldericum Zwinglium, qui sententiam Carolstadij de Christi absentia in Cœna probabat, sed interpretationem Verborum institutionis ridebat & exagitabat. Hic vocabulum EST in verbis Christi substantivum significativè accipiebat, ut sensus verborum Christi esset, accipite, comedite, hoc non est, sed significat corpus meum. Sed & hic sub onere probationis, vocabulum Est in verbis Cœna idem denotare quod significat, succubisset, nisi in præconceptâ suâ opinione in somnio confirmatus fuisset, atq; subsidiariam operam mendacis cujusdam & tenebricosi Monitoris sensisset, de quo ipse scribit, non meminisse se, ater ille an albus fuerit. Zwinglij sententiam quia sibi non displicere non semel dixerat Oecolampadius, hortatus est ab amicis, ut defendendam illam susciperet, & se Zwinglio adjungeret. Annuit ille sed tamen non ut Carolstadius vocabulum Hoc, non ut Zwinglius Est, sed tertium, nimirum Corpus, in verbis Cœna pervertit, & hunc sensum ex illis eruit: accipite, comedite, hoc est, non corpus, sed figura corporis mei. Qui etiam hoc singulare habuit, quod interpretationem

Zwinglius Tō.
2. op. in subsidio Eucharistie.

Oecolampadius in lib. de genu. verb. exposit.

tionem suam non revelationibus, ut priores duo, sed Patrum sententijs pessimè à se detortis confirmavit. Postquam sic verborum cœnæ genuinum sensum falsis suis interpretationibus corrupissent, jam illud restabat, ut sententiam suam aliquot argumentis defenderent, quibus eadem operâ ex mundo, Ecclesia, & Sacra Cœna Christum, quâ homo est, relegarēt, & proscriberent, quod & fecerunt: Inter qua hoc quoq; erat: Christum verum esse hominem nobis ^{quod non} excepto peccato, Ideoq; impossibile esse, ut uno & eodem tempore in duobus, ne dum in pluribus locis se sentire possit, nimirum secundum illud Poeta:

— nec potest fieri, tempore uno
Homo idem duobus locis ut simul sit.

Hæc fuit occasio tristissimi illius certaminis, quod per integrum ferè seculum Ecclesiam Dei miserè exercuit. In quo quidam ex adversarijs eò usq; impietatis progressi sunt, ut asseverarint, Idolatram illum, & ex ore Dei maledictum esse, qui preces suas ad Christum hominem, etiam in unione consideratum dirigeret. Quibus duabus hypothesis: Christum planè in Cœnâ non esse, seu ut quidam locuti sunt, tã procul ab illa abesse, quam est supremum Cœlum ab infima terra, & deinde, Christum hominem adorandum non esse, quis negare potest, si mentum transubstantiationis pontificiæ & superstitionem invocandi Santos funditus everti? Sed quis etiam negare potest, cum his duabus hypothesis quicquid est internæ venerationis erga sacratissimum Cœnæ Sacramentum, veræ pietatis, firmæ consolationis, & certæ fiducia in Christum Salvatorem, simul ex cordibus & mentibus hominum removeri? Nemo ceriè hoc negabit, nisi qui ignorat sacram cœnam magnam

Colloquiū Mar-
purg. Anno
1529. habitum.

Plautus in Am-
phitruone.

Daneus in Exâ.
contra Chemn.
cap. 29.

Beza in colloq.
posniacens. de
quo Thuanus
lib. 28. histor.

magnam inde habere reverentiam, quod Filius Dei corpore & sanguine suo in illa nos pascat & potet, & nos per Christi sanguinem accessum habere ad Deum, qui propterea homo fieri, & in omnibus tentari voluit, ut in tentationibus constitutus, & auxilium suum implorantibus succurrere posset: quem nisi ab illa parte, quâ frater noster est, adoriamur, nil quicquam obtinebimus, nam quâ Deus, ignis ardens est, & omnia justiciæ suæ contraria consumens.

Sed has bypotheses cum scriptura è diametro pugnare, in his thesibus, à Nobili & Spectabili Domino Decano demonstratum est, quas ut publicè defenderem, cum ex decreto Reverendi & Amplissimi Collegij Theologici hujus Universitatis mihi injungeretur, feci hoc lubens, quod sciam nihil in illis esse, quod Verbo Dei & fidei analogiæ ad amissum non respondeat.

Vestris autem Celsitudinibus, Principes Illustrissimi, Domini Clementissimi, illas inscribere volui, ut animam meum devotum & submissum ergà Vestras Celsitudines Principes Patria mea testarer, & maximum illud beneficium gratâ mente depredicarem, quod sub Celsitudinum Vestrarum Patricinio, Parentibus meis suppetat, unde mihi in Academjæ viventi sumptus necessarios subministrare potuerint. Deinde quod Locus de omnipræsentiæ Christi secundum utramq; naturam, in illis ita explicatus est, quemadmodum Ecclesiæ Megapolitane ex verbo Dei, jussu & auctoritate Illustrissimorum Ducum Megapolensium, jam inde ab initio renascens Evangelij, de illo rectè & constanter docuerunt. In quo Vestra Celsitudines etiã num perstant, & ut porro hoc faciant, Deum simplex veneror. Est enim doctrina illa quæ in Ecclesijs Lutheranis viget, talis, secundû quâ in hac vita tranquillo animo pie quis vivere, & certâ cû fiducia, ad eternam vitam se resuscitatum iri, placidè obdormire potest. Perscripsi Gryphisvaldj, pridie Nonarum Aprilis Anni 1616.

Vestras Celsitudines Submisè & devotè colens
Johannes Corvinus GUSTROVIENSIS.



I. N. D. N. J. C. A.

DE OMNIPRÆSEN- TIA CHRISTI

Θεολογία.

THESIS I.

Leganter admodum, de stupendo Sa-
cro sanctæ Trinitatis Mystério, alicubi Au-
gustinus: Nec, inquit, periculosius ulli-
bi erratur, nec laboriosius aliquid quæ-
ritur, nec fructuosius aliquid invenitur, quam
TRINITAS.

Tom. 3. lib. 1.
de Trinitate.

II.

*Praclara νόση, & qua omnibus in universum fidei
Mysterijs, cum primis verò illi, quod de Christi Omnipresen-
tia in Ecclesia sonat, accommodari rectissime potest.*

III.

*Quid enim periculosius errore, de Christi Hominis ab
Ecclesia & creaturis absentia? Quid difficilius fide, hu-
mana à filio Dei assumpta naturæ gloriam, majestatemq;
infinitam, ex præscripto verbi revelati, assignante? Quid
fructuosius, ejus, qui restauratæ salutis auctor est, præsen-
tiâ, efficacissimæq; juxta eam, qua frater voster est, natu-
ram, gubernatione?*

IV.

*Sentit sublimis hujus mysterij difficultatem & fru-
ctum multiplicem Satanas, ideoq; in eo obscurando, subver-
tendo*

A

tendo & annihilando studiosissimè allaborat, adeò, ut palastram concertationum plane cruentam, in amplissimo Omnipresentiæ Christi *θεωρητικῶν* campo designasse, videri non immeritò possit.

V.

Joh. 8. v. 45.

Vtq; non tantū ratiuncularum malè consutarum *μεθυστικῶν* Sed alijs etiam sibi semper usitatissimis artibus, dolo videlicet ac mendacio (quippe pater mendacij) rem suam strenue agat, de illorum in *ἡγεμονία* hac nonnunquam gloriatur consensu, quos Majestatis Christi Homini assertores studiosissimos fuisse, & à B. Lutheri *ὀρθοδοξία*, in conservando *παραπρεσβία* Christi deposito, ne latum unquam, quod dicitur, unguem recessisse, orbi Christiano est notissimum.

VI.

Treuherzige
Vermanung
fol. 39.

Hujusmodi Satanicæ mendacijs insigne specimen paucis abhinc annis Pacificatores Palatini edere non erubuerunt: quando Christi Homini Omnipresentiæ, privatam eriticorum quorundam ingeniorum opinionem esse, cui inter alias complures Lutheranas Ecclesias POMERANICÆ etiam contraderint, contra fidem historicam, & acta superiorum annorum, Ecclesia Christi persuadere fuerunt annixi.

VII.

Vide lib. cui titulus Bekenntnis vnd Lehre der Kirchen in Pommern; vom heiligen Nachtmahl; von der Per-

Effati istius nullitatem vanitatemq; vel Sola Pomeranicarum Ecclesiarum de PERSONA Christi, anno, supra millesimum quingentesimum, nonagesimo tertio, illustrissimorum Pomeraniæ Ducum jussu, publicata confessio, sufficienter demonstrat, quæ quia è Formula Concordiæ, tota est transcripta, vel hanc omnipresentiæ Christi

tia Christi Hominis iniquiorem esse, Palatinis demon-
strandum: vel etiam, se nequiter errasse, coram Ecclesia
Christi fatendum erit.

VIII.

Et quid obsecro causa est, cur jactatam istam Ecclesia-
rum Pomeranicarum contradictionem, quibus auctoribus,
ubi, quando, quomodo instituta sit, specialius non descri-
bunt? Quod quamdiu non praestant, nihil apud bonos &
cordatos quosq; proficiunt aliud, nisi quod se, fingere, quae
non visa aut facta sunt, posse, & vestigijs $\alpha\pi\ \chi\psi\ \epsilon\upsilon\sigma\varsigma$ fideli-
ter insistere, egregie ostendunt.

IX.

Ut itaq; ab hac, nobis, nostrisq; Ecclesijs (quanquam,
falsò) intentata $\chi\epsilon\iota\sigma\mu\alpha\sigma\iota\gamma\iota\alpha\upsilon$ nota, magis magisque nos li-
beremus, occasione ita ferente, nostram, neq; nostram tan-
tum, sed quae nostrarum Ecclesiarum est, de Omnipresentia
Christi $\theta\epsilon\alpha\upsilon\delta\omega\tau\epsilon\varsigma$ fidem, sententiamq; pro praesentis institu-
tione, declarare, & certis quibusdam thesibus com-
prehendere studebimus.

X.

Ne vero & nobis, & lectori hac in re molestiam, ordi-
nis accuratioris intermissione, creemus, duobus subsequen-
tibus membris $\epsilon\gamma\gamma\alpha\sigma\iota\alpha\upsilon$ praesentem finituri sumus.

XI.

Initio, monstrato certaminis de Omnipresentia Chri-
sti origine, explicatis item $\tau\epsilon\ \zeta\eta\tau\epsilon\mu\epsilon\lambda\iota\varsigma$ terminis, & seque-
stratis deniq; $\epsilon\tau\epsilon\phi\epsilon\zeta\eta\tau\iota\mu\alpha\sigma\iota$ nonnullis, statum controversia,
inter nos & Sacramentarios, exprimemus.

Deinde, Adversariorum argumentis ad conflictum
publicum rejectis, $\delta\epsilon\ \theta\omicron\delta\omicron\zeta\iota\alpha\upsilon$ nostra praecipua fundamenta

A 2

Adversus

sonand bey-
den Naturen
in Christo; von
der ewigen
Vorsehung und
Wahl Gottes.

1.

2.

adversus portas inferorum invictissimè subsistentia, breviter apponemus.

Iob. 17. v. 17.

Tua vero, Christe Jesu, cum hic res & gloria unice agatur, ut gratiosa tue presentie radijs densissimam mentis nostra caliginem discutere, nosq; Spiritu tuo ἀρχηγῶ, in veritate, quæ sermo tuus est, sanctificare digneris, supplices rogamus.

XI.

Membrum primum.

Xenophon lib. 8. de pædia Cyri.

Statum controversie in negotio omnipresentie Christi determinaturi, non abs re fuerit, ἐκ τῶν ἀεθρογεννημῶν μαθητῶν, quam veritatem investigandi rationem, ἀριστὸν διδασκαλίας Cyrus olim nominavit, & liberis suis, jam moriturus, fideliter inculcavit.

XII.

2. de Orat. ad Quint. fratrem,

Quia enim historia ante actorum, Cicerone attestante, lux est veritatis, lucem quoq; non contemnendam, ex annotatione eorum, quæ de presenti negotio in Ecclesia Christi superioribus seculis annisq; gesta sunt, exorturam, omninò confidimus.

XIII.

Illud itaq; sub initium historica commemorationis certaminum, probè tenendum, suavissimum, tum ipsius scriptura, tum etiam Orthodoxa antiquitatis de Christi, Dei & Hominis, una atq; indivisa ἀνατομικῶς extare concentum, quem uti hoc loco obiter & perfunctoriè, brevi solummodo facta intonatione, attingimus, ita deinceps, in pertractatione partis secunda, fusius, clariusq; decantaturi sumus.

XIV.

Sicuti verò, post Apostolorum tempora, non diu admodum

modum pura & incorrupta virgo ubiuis locorum mansit
Ecclesia: ita quoq; Christi juxta humanam naturam,
omnipresens gubernatio, non pari sinceritate fideq; ab
omnibus fuit explicata.

XV.

Ut namq; de nonnullis Scholæ Alexandrinæ (of-
ficinæ, juxta Chemnitium, Allegoriarum) Doctori-
bus, & Origene præcipuè, dogma hoc dubiè satis expli-
cante, nihil hic dicamus: Illud certè negari non potest,
Scholasticorum ætate, Christi Hominis Omnipresentiam
à quibusdam expressè fuisse negatam.

XVI.

Testis ejus rei est Petrus Lombardus, Sententia-
rum Magister, qui hæc de re alicubi sic habet: Ex his,
inquit, apparet, quod Christus eodem tempore, to-
tus erat in sepulchro, totus in inferno, totus ubiq;
sicut & modo totus est, ubicunq; est, SED NON
TOTUM.

XVII.

Clarius suam exprimit sententiam Thomas Aquinas:
Dicendum, asserens, quod humana natura,
Christi non sit ubiq;, neq; quando anima & cor-
pus fuerunt divisa, neq; quando sunt conjuncta:
sed personam illam, ratione sui, & ratione divinæ
naturæ, esse ubiq;.

XVIII.

Quamquam etiam non pauci Scholasticorum, eorum
cum primis, qui Scotum ducem habent, Omnipresentiam,
æq; ac multipresentiam corporis Christi in cæna, absolutè
impossibilem non esse scripturarum, sicuti apud Scot. in

A 3

4. sentent.

In annotatione
historica certa-
minæ de cæna.
Hom. 33. in
Matthæum.

Lib. 3. dist.
22. § 3.
Sunt Lombardi
ad verba Au-
gustini addita-
menta.

in 3. sentent.
dist. 22. q. 1.
§ 2.

Gregorius de
Valentia Tom.
1. disput. 1.
q. 8. punct. 4.

4. sentent. dist. 10. quæst. 2. art. 3. Biclem, lib. 4. dist. 10.
Et alios videre est: non tamen, quod actu Christus jam om-
nipræsens sit, sed quod per Dei absolutam potentiam præ-
sens esse possit, hoc ipso significarunt, quemadmodum Gre-
gorius de Valentia, in suis super Thomam disputationi-
bus, rectè annotavit.

XIX.

Relicta autem à tergo Scholasticorum hoc in negotio
dissona colluvie, ad ea accedimus tempora, in quibus lux
Evangelicæ veritatis, B. Lutheri ministerio, splendescere
vicissim, & jubar suum exerere occupit, qua item feracia ni-
mis opinionum circa præsens negotium fuisse, deprehende-
mus.

XX.

Pontificios primum quod attinet, negari certè non po-
test, nostræ illos sententiæ, sub initium renascentis Evange-
lij, in causa hac fuisse aequiores, & doctrinam B. Lutheri,
de majestatis filij Dei, assumptæ humanæ naturæ, realissimâ
factâ communicatione, omnibus modis approbasse.

XXI.

Id ne quis sine fundamento nos dicere opinetur, ad
approbationem non solum tertij Confessionis Augustanæ
articuli, tertio Augusti, in ipsis comitijs, à Pontificijs fa-
ctam, provocamus: sed etiam præcipuorum istius tempo-
ris Doctorum Pontificiorum testimonia, mutuum consen-
sum declarantia, proferre possumus.

XXII.

Johannes à Daventria certè, usq; adeo nihil, quo-
ad tertium istum articulum, in nostratibus desiderat,
ut illum à Catholica Ecclesia Protestantes mutua-
tos, ipsumq; articulum impollutum esse, manifestè
scribat.

23. Johan-

Vide in Histo-
ria A. C. Chy-
træi germ. con-
futationem
Pontificiorum
f. 273.

In Excepsi ve-
ritatis.

XXIII.

Johannes Cochläus, de hoc articulo, neq; in Confessione, neq; in Apologia, ullam esse inter Pontificios & Lutheranos discordiam, *itidem fatetur.*

In discussione confessionis.

XXIV.

Atq; hinc factum est, quod in conventu Smalcaldico, septennio integro post exhibitam Augustanam Confessionem instituto, gravissimum illum de persona Christi articulum, tanquam ἀναμψισθητόν, nihil prorsus immutandum nostri non tantum censuerunt: sed etiam suam cum Pontificijs ὁμοψήφια clarissimis verbis contestati sunt.

Vide tom. 6. Ienens. German. Lutheri fol. 511. f. 2.

XXV.

Quid? quod primipili & Principes quasi inter Theologos Pontificios suam, de omnipresentia Christi secundum utramq; naturam, sententiam, a deo olim clarè & perspicuè protulerunt, ut de illorum cum nostratibus, hac in parte doctrina, suavisissima harmonia, nemini prorsus dubium esse possit, sicuti id quidem è Jacobi Fabri Stapulensis, Friderici Naufæ, aliorumq; Pontificiorum celeberrimorum scriptis cognoscere licet.

XXVI.

Sic autem Stapulensis alicubi: Magna, dicit, fides est, cognoscere Christum corporaliter esse, ubi Sacramentaliter est: Sed major est, cognoscere, eum absolute UBIQUE esse corporaliter.

In comment. super cap. 14. Iohannis.

XXVII.

Et alibi: Corpus Christi cælum implet & terram. Est enim UBICUNQUE verbum est. Nam verbum caro factum est. Quare verbum nusquam

In cap. 12. prioris Epistolæ ad Corinthios.

nusquam est sine carne, nec caro illa sine verbo.
videantur sequentia.

XXVIII.

Verba Nauseæ ita habent : Sedere Christum, ad dextram Patris, est esse, habitare, gloriariq; ibidem quietè & pacificè, in æquali, pariq; secundum etiam humanitatem, Deitati conjunctam, judicaria potestate cum Patre, quandoquidem ipse Pater omne dedit Filio judicium. Non autem sic ad dextram illius sedere credendus est, ut nobiscum, vel maxime in venerabilissimo Eucharistiæ Sacramento Altaris adesse nequeat, contra nonnullos nostrâ tempestate hæreticos, ipsum illic esse, pertinaciter inficiantes. Adversum quos ipsa met. veritas dicit : Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi. Quandoquidem Dominus cœlum ascendit, ac illic ad Patris dextram sedet **SECUNDUM HUMANITATEM**, quæ unita Deitati, non modo nobiscum, **SED ET UBIQUE EST**, juxta ipsius verbum : Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo, quum tamen, hæc dicens, in terris visibiliter & corporaliter conversaretur.

XXIX.

Vbi profectò non est, quod quis Omnipresentia certamen Pontificijs ad huc ignotum fuisse, fortè contendat, cum longè ante exhibitam Augustanam Confessionem, suam hac de re sententiam B. Lutherum diversis scriptis clarissime expressisse, seq; à cohorte Zwinglianorum hoc ipso se parasse,

In explicat. Catechismi Anno 1549. Colonia excusa.

In parte secunda libri contra cœlestes Prophetas, Anno 25. editi. In libro, quod Christi verba

parasse, uniuerso orbi Christiano iam tum etiam abundè
constiterit.

XXX.

Turpem proinde à prisco isto, cum Orthodoxa Ecclesia
consensu secessionem superioribus annis Pontificiorum &
precipue Iesuitarum fecit colludies, quando Christi Ho-
minis individuum cum dōg^o Omnipresenciam hostiliter
nunc impugnat, & Syncretismo cum Sacramentarijs ini-
to, sese nobis studiosissime opponit, sicuti è disputationibus
Roberti Bellarmini, Gregorij de Valentia, alio-
rumq³ videre licet.

XXXI.

Pontificijs Sacramentarios subjungimus, qui itidem
Orthodoxia de Omnipresencia Christi, à Lutheri usq³, et a-
te, voce, calamog³ summo semper conatu restiterunt, adeò,
ut vix ullum aliud doctrina Christianæ caput aq³ illis exo-
sum videatur, quam quod de Christi Hominiis πανταπαρη-
σια est, quam infinitis à se confictis absurditatibus onerare,
conuictijs proscindere, concentui omnium articulorum fi-
dei opponere, & vel ipsum Acheronta ad eversionem illius
(quæ tamen omnibus inferorum portis æternum erit im-
possibilis) movere consueverunt.

XXXII.

Occasionem funesto huic certamini infelix de Cæna
Domini, à Carolstadio mota, præbuit disputatio. Lu-
thero enim Sacramentalem corporis & Sanguinis Domi-
nici, in cæna administratione, presentiam, è clarissimis
verbis institutionis, inuictissime urgenti: Sacramentarij
corporis naturalis proprietates opposuerunt, & corpus na-
turale (quale Christi etiamnum esse contenderunt) in-

B

pluribus

adhuc stent.
In confes. Mas-
jori.

Bellarmin. tom.
I. lib 3 de Chri-
sto, cap. 9. 10.
&c.
Gregor. de Va-
lentia tom. I.
disput. I. quæst.
5. punct. 2. in
Thomam.

In dialogo,

pluribus, quam uno loco, etiam per infinitam Dei omnipotentiam (ut Martyr postea locutus est) esse non posse, audacter satis pronunciarunt.

XXXIII.

Tom. 2.
in respons. ad
Theobaldum
Billicanum.

Zwinglius creaturam capacem non esse, dicit, ut sit, ubicunq; Deus est, ac proinde constare, quod Christus, quantum ad humanam naturam, attinet, in caelis tantum sit, ad dexteram patris.

XXXIV.

Tom. 2.
In plana & bre-
vi institut. de
coena.

Alibi: Divinae, inquit, tantummodo naturae est, ubiq; esse. Nisi enim hoc admittamus, Christus in caelos ascendere non potuit, cum jam antea in caelis fuerit. XXXV.

Tom. 2. In
exegeſi nego-
tij Eucharistiae.

Idem denuò contra Lutherum: Apparet te in hac esse sententia, quod Christi quoq; corpus, perinde atq; divinitas ejus, sit ubiq;. Nam non parum verborum infumis in hoc, ut ostendas, eum, etsi sit ubiq;, duobus tamen in locis, puta in caelo & in Eucharistia, se potissimum manifestaverit: Illic, ut ostenderet, se rerum omnium esse Dominum: Hic autem, ut certos nos redderet, ubinam ipsum quaeremus & inveniremus. At omnia verbis (ſc̄l agis) nihil oraculis caelestibus.

XXXVI.

Tom. 4. In
ſi Germanico
fol. 468. in
Furgen be-
richt vom ge-
ſprech zu
Marpurg.

Hanc suam in Colloquio Marpurgensi, Anno 1529. habito, repetijt sententiam, cum inter alia contra veram corporis Christi in coena praesentiam, tale, referente Luthero, proposuit argumentum, quod in ordine fuit secundam. Unum corpus non potest esse in pluribus locis: Christi corpus est in caelo: Ergo non potest esse.

test esse in cœna, in terris administrata, super quo argumento satis prolixam concertationem fuisse institutam, idem Lutherus meminit.

XXXVII.

Vtq; & Casarea Majestati, & toti in super imperio, ista Omnipresentiæ Christi Homini impugnatione rectius innotesceret, in expositione fidei, Carolo quinto inscripta, eandem rursus cramben insigni vehementia recoquit. Non est, scribit, Christi corpus magis in pluribus locis, quam nostra corpora, Quæ sententia non nostra est, sed Apostoli, sed Augustini, sed ipsius omninò religionis, quæ, etsi testibus destitueremur, suadet tamen Christum nobis per omnia similem esse factum. &c.

XXXVIII.

His Zwinglij vestigijs, quam fideliter reliqui insistant Sacramentarij, è scriptis, à tempore exhibitæ Augustanæ Confessionis, magno numero publicatis, videre est, è quibus paucula quedam prioribus adhuc adyiciemus.

XXXIX.

Sicut corpus Christi (*habet Beza*) dum versaretur in terris, aberat à cœlo: ita nunc idem illud corpus, post ascensionem, abesse à terra, & supra cœlos euectum ibi comprehendi credimus. *Et paulo post idem*: Affirmamus Christi corpus verè nunc à mundo abesse, & ab futurum, donec veniat ad iudicandum vivos & mortuos.

XL.

Hieronymus Zanchius: simpliciter, nullo modo fieri posse, *dicit*, ut præter Deum aliquid ubiq; sit,

Tom. 2. operum Zwinglij Anno 1530.

Volum 1. fol. 206.

fol. 209 q. 2.

Lib. 2. de natura Dei cap. 6. fol. 171.

bique sit sua substantia. Est enim, *pergit idem*, hoc ita Dei proprium, ut nulli alij rei, ne Angelis quidem, qui sunt incorporei Spiritus, possit convenire: propterea, quod nihil etiam suâ Essentiâ est infinitum, nisi Deus. Alioqui res aliæ quoq; præter Deum, esse possent Deus: atq; ita essent & creatæ & increatæ. Quare tam fieri potest, ut corpus Christi sit ubiq; , quam etiam fieri potest, ut sit infinitum, ut sit Deus.

XL I.

Eadem habet Anthonius Sadeel, ita alicubi scribens: Cum ea, quæ in terris præstanda erant in Christi carne, plenè & perfectè fuerint suis temporibus præstata, nunc ipsius carnis præsentia in terris perperam requiritur.

XL II.

Ne qua, *inquit Johannes Calvinus*, ambiguitas restet, quum in cælo quærendum Christum dicimus, hæc locutio locorum distantiam nobis sonat & exprimit. Tameñ enim, Philosophicè loquendo, supra cælos locus non est, quia tamen corpus Christi, ut fert humani corporis natura & modus, finitum est, & cælo, ut loco continetur: necesse est à nobis tanto locorum intervallo distare, quanto cœlum abest à terra.

XL III.

Idem hodiè sentiunt Marchicæ Confessionis, ante sequiannum circiter edita, quicunq; illi etiam sint, authores, animi sui sententiam ita proferentes: Von dem isigen zustande Christi glauben wir / daß er mit seinem Leibe

Tom. 2. pa. 75.

In Confessione cum Tigurinis de re Sacramentaria, circa finem. Extat in volumine opusculorum fol. 826. edito anno 1552.

Churfürstliche
Merckische

Leibe nicht mehr auff Erden sey: Sondern das er vier-
zig Tage nach seiner Auferstehung / auffgefahren sey
gen Himmel / vnd im Himmel sitze zu der rechten Got-
tes / &c. *Et paulo post:* Wir glauben auch ferner / das
ob schon Christus Iesu nicht mehr bey vns ist nach seiner
Menschheit / das er dennoch bey vns sey / vnd allezeit bey
vns bleiben werde nach seiner Gottheit. Sintemahl
er gesprochen: Ich bin bey euch alle Tage / bis an der
Welt ende. Item: Wo zwey oder drey versamlet seyn /
in meinem Nahmen / da bin ich mitten vnter ihnen. *Sex-*
centa alia breuitatis studio omittimus.

XLIV.

Illud saltem, quasi in transitu è precedentibus hoc lo-
co notandum monemus, cum inter Scholasticos & Sacra-
mentarios: tum inter Pontificios & Calvinianos, quoad
controversia presentis à Populo & questiones cognatas (ut
ut alias vulgum Samsonicarum instar cobarent) discrim-
men occurrere evidentissimum.

XLV.

Scholastici cum Pontificijs, Multipresenciam corporis
& sanguinis Christi in cena unanimiter concedunt: Quin-
et, absolute potentia Dei παντα ποιειν Christi Hominis
perfacile fore largiuntur, quorum utrumq; una opera,
& iisdem planè armis à Zwinglica cohorte impugnari, ex
ijs, qua in medium antea prolata sunt, animadvertimus.

XLVI.

Nondum turbarum: hoc in negotio finis. Post publi-
catam enim Formulam concordie reperti sunt, qui gratio-
sam quidem totius Christi in Ecclesia concesserunt pre-
sentiam; Universalem verò illam, apud omnes omninò e-

B 3

tiam ex-

publicierte
glaubens be-
kenntnuß der
Reformierten
Kirchen / cap.
20. 21. &c.

Matt. 28. v. 20.
Matt. 18. v. 20.

Vide Acta vnd
Schriften
zum Concordi-
buch gehörig/
darinn zwöl-
fchen den

Braunschweigischen vnd
Wurtenburgischen Theo-
logen gestritten wird, von
der ubiquitet.
edita Anno
1589.

è Tom. 8. Ica.
fol. 375.

Vide Concor-
diam Concor-
dem D. Hutte-
ri, cap. I. fol. 8.

etiam extra Ecclesie pomeria, creaturas, *παροχλας* in dubi-
um vocarunt, deq; illa silendum esse statuerunt, *cujus sui*
instituti sequentes potissimum adduxerunt rationes.

XLVII.

1. Quod *παροχλας* ista Christi Hominis in scri-
ptura non sit expressa 2. Quod de ea disputandum non
esse ipsemet Lutherus censuerit 3. Quod neq; For-
mule Concordia, libro, omnibus Ecclesijs Augustana confes-
sioni sincerè addictis, symbolico, contineatur.

XLVIII.

Primum, *cujus sit momenti, infra in parte secunda vi-*
debimus, ubi, cum Deo, clarissima scripturarum testimonia,
pro stabilienda Ecclesie sententia, in medium asseremus.

XLIX.

Secundum, *authoritati quorundam verborum, sub nomine*
B. Lutheri (quanquam minus vere) passim divulgato-
rum innititur, de quibus, quodnam illorum sit iudicium,
qui Cathedra D. Lutheri hodiernum presunt, è refuta-
tione historiae Sacramentariae Hospiniãni, magno
haud dubiè Ecclesia bono concinnata, lectorem, ne proli-
xiores hic simus, cognoscere iubemus.

L.

Illud solummodo hic annotamus: Si vel maximè eti-
am, ex hypotbesi loquendo, in Sacramentali corporis Chri-
*sti presentia asserenda, *παροχλας* negotium, quoad*
*tractationem *κατασκευασίω*, admiscendum non esse B.*
Lutherus statuerit; Quis inde quod simpliciter de
Christi Hominis Omnipresentia disquirendum non esse
voluerit, inferre, continuo presumat? nisi cui Lutherum,
longè aliter in minori sua, biennio ante obitum edita con-
fessione,

feffione, sese declarantem, δύλοτον fingere. & ἠδύλο-
γισμῶ κατὰ τὴν sese oblectare volupe sit.

L I.

Formulam deniq; Concordiæ quod attinet, est illa hac
in re adeo perspicua & dilucida, quinet masculè adeò à
præstantissimis olim Theologis hac in parte doctrina vind-
dicata, ut nostro (quod quam sit exiguum ipsimet agnosci-
mus) patrocínio haudquaquam indigéat. In gratiam
tamen lectoris, unum atq; alterum saltem, è quo tertia ra-
tionis apparebit vanitas, adjiciemus documentum.

L II.

Epitome concordix ita habet: Itaq; jam (Christus scilicet in statu exaltationis) non tantum ut De-
us, verum etiam ut homo omnia novit, omnia po-
test, OMNIBUS CREATURIS PRÆ-
SENS est, & omnia quæ in cœlis, in terris, &
sub terra sunt, sub pedibus suis, & in manu sua ha-
bet.

L III.

Rursus alibi: Jam verò postquam (Christus scilicet
exaltatus) non communi ratione, ut alius quispi-
am Sanctus in cœlos ascendit: Sed, ut Aposto-
lus testatur, super omnes cœlos ascendit, & reve-
ra omnia implet, ET VBIQVE, non tantum ut
Deus, verum enim ut Homo præsens dominatur,
& regnat à mari ad mare &c. Eadem reperies in
Apologia libri Concordiæ pag. 159. & alibi.

L IV.

Tametsi autem ijdem propemodum, ex hac Novato-
rum opinione fructus, & eadem absurda, quæ è Sacramen-
tariorum de Persona Christi doctrina, pullulant: hoc
tamen

Loco 8. affir-
mativa II.

In repetitione &
declaratione
pag. 767. 768.

tamen isti bis meliores esse censendi sunt, quod hi ^{τὸ} Velle
saltem Christi, isti verò ^{τὸ} posse etiam (ut superius ostensum
fuit) in dubium vocant, & penitus pernegant.

L V.

Satis de historica certaminum, in presenti doctrina
capite commemoratione: ad terminorum simplicium
explicationem, qua itidem ^{τὸ} ^{καὶ} ^{ἐπι} ^{ἀπο} ^{κρί} ^{σι} ^ς non parum illustra-
bit, recta nunc properamus.

LVI.

Principio Omnipresencia vox occurrit, qua quia au-
gustissima rei nota est, explicatu est difficillima; cumq; de
Deo, Domino & Authore Vniversi, ^{θεῶς} usurpetur, è
sensu & explicatione scripturae, qua nomenclatura Divina
certissimus index est, ^{θεῶν} ^{πρὸς} ^{θεῶς} intelligenda erit.

LVII.

Occurrunt verò scripturae loca numero multa, ponde-
re gravia, splendore augustissima, qua Omnipresenciam
soli Deo primo & per naturam convenientem, nonnihil
describunt.

LVIII.

Iere. 23. v. 23.

Apud Jeremiam Deus è vicino & non è lon-
ginquo existens dicitur, coram quo nemo sese
abscondere potest, ut non videatur, quiq; cœ-
lum implet & terram.

LIX.

Es. 40. v. 12.

Esaias Deum introducit, aquas pugillo, & cœlos
palmo metientem, & tribus quasi digitis molem
terræ appendentem. &c.

LX.

Es. 66. v. 1.

Idem alibi: Cœlum sedem Dei & terram sca-
bellum

bellum pedum illius *nominat*, eò, quod parvo loco claudi nequeat, qui omnia complet, *us hunc in locum Hieronymus habet.*

LXI.

Regius Psalter, *ad considerationem presentia divina, ad omnes sese creaturas extendentis, in hac admodum pathetica verba prorumpit*: Quo ibo à Spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si lectum itererem in inferno, ades: si sumptero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, illic etiam manus tua duceret me, & apprehenderet me dextera tua.

LXII.

Sapientissimus inter mortales, Salomon, tantam, tanque augustam infiniti Dei majestatem agnoscit, ut cœlos cœlorum ipsum capere non posse dicat.

LXIII.

Apostolus Paulus, Deum non longè ab unoquoq; nostrum abesse *asserit*, siquidem in ipso vivamus, moveamur, & simus, ipsius quoque genus simus, &c. *Et alibi*: Ex Deo, per Deum, & IN DEO omnia esse, *profitetur.*

LXIV.

Hec, & similia scriptura testimonia, ad aliqualem πανταπαρυσίας notitiam nos adducunt, quam sic porò nonnihil explicamus.

LXV.

Initiò, quod questionem eius spectat, Omnipresentiam Deo verè competere, ex dictis clarius est, quàm ut operosa demon-

C

Tom. 5. in Prophetas majores.

Psal. 139. v. 7. & 8.

1. Reg. 8. v. 27.

Act. 17. v. 28.

Rom. 1. v. 36

demonstratione egeat. Qui enim cælum & terram implet; terra & aquarum molem tribus quasi digitis includit; cælo tanquam sella, & terrâ pro scabello utitur; in cælo inferno, & extremitate maris adest; cælo cælorum capi nequit; prope deniq; est apud unumquemq;, ita ut in ipso sint omnia, hunc certè nullibi non præsentissimum esse, est liquidissimum.

LXVI.

Quid verò præterea omnipræsentia hæc Dei sit, quomodoq; Deus omnibus creaturis præsens dicatur, non æq; in aperto est positum, libetq; hic cum Chrysolasto confiteri: Multa de Deo intelligimus, quæ eloqui non possumus: multa rursus eloquimur, quæ tamen intelligere non sumus idonei: ut QVOD DEUS SIT UBIQVE scimus: QVOMODO autem SIT UBIQVE, intellectu NON CAPIMUS.

LXVII.

Et tamen, quantum salvâ fidei analogiâ licet, aliquid adhuc de hoc mysterio balbutiamus, præsentiam tum Dei apud creaturas, tum ipsarum ad se invicem creaturarum, eorum numero esse, quæ cœcis n̄ dicuntur, negari non potest.

LXVIII.

Hinc ergò Omnipræsentiam, quandam cum omnibus, creaturis conjunctionem non abs re nominamus, ita, ut quicquid entium ubivis sit, ei Deus indistanter adsit.

LXIX.

Hæc Omnipræsentia, ab Immensitate Dei dependet, per quam in simplissima suâ essentiâ, extra omnem loci, numeri, temporis, quanti deniq; discreti aut continui respectum

Hom. 2. in Epistolam ad Hebræos.

ſpectum eſt poſitus, omniaq; vel ex forma & materia, vel
ex actu & potentia compoſita longiſſimè transcendit.

LXX

Vnde conſectaneum omninò eſt, Deum non potentia
ſaltem, aut operatione: ſed eſſentiâ ſuâ (qua videlicet in-
finitus & immenſus eſt) rebus omnibus, quamprimum eſſe
ceperunt, verè conjungi, ſive, ut Lombardus loquitur,
ubiq; eſſentialiter, præſentialiter & potentialiter
eſſe.

Lib. 1. diſt. 37.
art. 1.

LXXI.

Atq; hoc eſt, quod paulò ante allata ſcriptura dicta
clariffimè inſinuant, teſtancia, quod omnia in Deo
ſint, & Deus (Deus inquam, non ſolum efficax Dei ſpe-
ratio) ab unoquoq; noſtrum non longè abſit.

Rom. 11. v. 36.
Act. 17. v. 28.

LXXII.

Interea verò, otioſa aliqua Dei apud omnes creaturas
preſentia, qualiter homines ſapius actionibus mimorum
aut hiſtrionum, intereſſe deprehenduntur, minimè eſt ſin-
genda. Preſentiſſimè enim calum & terram, & qua in
eis ſunt, ſuſtentat conſervat, & tuetur, qua omnia, Deo in-
finitam efficaciffimè ſue preſentia vim, vel ad minu-
tiſſimum ſaltem momentum ſubtrahente, inſeritui
certiſſimè forent obnoxia.

LXXIII.

Innuie hoc ipſum ſcriptura, cum aquarum, & ter-
renæ molis complexum digitis Dei aſcribit; cum
Dextram Dei in cælo, inferno, & maris extremi-
tate homines apprehendere, omniaq; in DEO
vivere, moveri & eſſe, teſtatur.

Eſ 40. v. 12.
Pſal. 139. v. 7.
Act. 17. v. 28.

LXXIV.

Hujus autem efficacis apud creaturas preſentia o-
perationes

perationes, quia à libera Dei voluntate diriguntur, juxta
quam Deus omnia quæ voluit, fecit: ideoq. aliter atq.
aliter circa diversa objecta sese exerit. Aliter enim
Deus adest Ecclesia, aliter Satana, aliter pijs & fideli-
bus &c. qui tamen diversi presentia modi, unitati infini-
ta & ubiq. presenti Essentia divina, tantum abest, ut quic-
quam officiant, ut illam potius fundamenti (ut dictum
est) loco indubie præsupponant.

LXV.

Si quis nunc porro morosius nos urgeat, & Capernaiti-
cum aliquod *QUOMODO*, in sublimis hujus mysterij in-
vestigacione querat, illum, ut veteris Adami sordidos cal-
ceos cum Mose hic exuat, & locum, in quem ad contem-
plationem Omnipresentia Divina conscendimus, sanctum
esse, ad animum sibi redocet, serio & amice monemus,

LXVI.

Dei enim Omnipresentia, cum ab Essentia infinitate
promanet, impossibile omnino est, finitæ rationis decempe-
dâ infinita majestatis altitudinem ac profunditatem
metiri, & de illo, qui sublimitate omni est sublimior,
altitudine omni altior, profundo omni profun-
dior, omni luce lucidior, omni pulchritudine pul-
chrior, majestate omni major, omnibus divitijs di-
tior, omni benignitate benignior, & bonitate o-
mni melior, dignè aliquid dicere aut sentire, vel eti-
am, quomodo talis sit, κατὰ φωνὴν cuiquam exponere.

LXVII.

Vt tamen, quantum possumus, mentem nostram ulte-
rius explicemus, eoque ipso Sacramentarium crassis, de O-
mnipresentia Christi speculationibus, obviam eamus: α-

ὄνομα πικρὸς

Novatianus
Romanus Pres-
byter in lib. de
Trinitate ca. 2.
in fine operum
Testulliani.

τοφαικως saltem animi nostri sensa adhuc declaremus.

LXXVIII.

De Sacramentarijs B. Lutherus jam olim conquestus est, quod ratiocinentur, Divinitatem crasso sensibiliq; modo ubiq; esse, perinde ac si Deus tam amplum & diffusum quid sit, quod & per, & super omnes creaturas se extendat; Idq; inde Coniici, scribit, quod nobis imputant, nos extendere & expandere humanitatem, eamq; Divinitati, ceu sepem, circumdare. Quæ verba (addit S. Lutherus) de corporeo illo crassoque præsentia modo perspicue sonant.

LXXIX.

Ab sit verò, & quam longissime absit, à p̄ys & veris Christianis, ut talem sibi Deum imaginentur, talem, quasi alut & cuiusdam expansionem, diffusionem, multiplicationem, coextensionem, & crassum creaturarum ambitum, de illo, qui sine mole maximus, sine numero & mensura infinitus est, unquam concipiant.

LXXX.

Quin potius cum Bernharðo: Non parum eos apprehendisse statuimus, quibus hoc de Deo compertum est, quod nusquam sit, quinon clauditur loco, & nusquam non sit, qui loco non excluditur.

LXXXI.

Omniem item physicam localitatem, Geometricam dimensionem, Arithmeticam dinumerationem, Mathematicam abstractionem, & quicquid deniq; de ijs, que vel in μετέωροις, vel in ἀφαιρέτοις ὄντεσιν sunt, Aristoteles, Archimedes, Euclides, alijsq; istius farina homines,

Tom. 3. Ienen.
Geimin Con-
fess. majori de
cœna.

In Sermon. in
vigilia Nativi-
tatis.

subtiliter indagarunt, ab omnipresentis Dei maiestate, pro dignitate describenda, tanquam minimè sufficiens, prorsus segregamus atq; rejicimus.

LXXXII.

Idq; ut eò faciamus confidentius, ipsa rursus scriptura nobis præt, quæ Deum sic omnibus, à se creatis, adesse dicit, ut à se ipso exire aut emoveri non habeat necesse: sed in se omnia presentissima habeat.

LXXXIII.

Quod ipsum ne cuipiam mirum adeò aut impossibile videatur, totius Univerſitatis, cum infinito Deo, comparationem, ita porro instituit, ut gentes quasi stillam siculæ, & insulas, quasi pulvisculum stateræ, tanquam pulverem exiguum, omnesq; gentes quasi nihil, & minus quàm nihilum coram Deo esse, apertissime dicat.

LXXXIV.

Propudiosè igitur mendaces merito dicimus modernos Zwinglianos, cum scribunt: Daß man heutiges Tages schreibe / schreye vnd streite / daß Christus nicht allein nach seiner Gottheit alles erfülle: Sondern das er auch nach seiner Menschheit / vnd nach seinem Leibe / stracks von / der zeit seiner Empfengnus an / allenthalben / vnd in allen örtern gewesen / vnd noch sey / im Himmel vnd auff Erden / vnd in allen Creaturen / in Sonn vnd Mond / in Sternen / Laub vnd Gras / in allen Kreutern / Beumen / Baumblättern / Spffeln / Birnen / Hew vnd Stroh / in allen steinern / Fischen / Hölzern / in allen vnd jeden Weizen vnd Gersten Körnlein / auch in einem jeden Hausbrot vnd Wein / in allen Bierkannen / Weingläseren /
Wirshen

Vide Scaligeri
subtilitates ex-
ercitat. 351.
Rom. II. v. 36.
Act. 17. v. 28.

Esaie 4. v. 14.
15. 16. 17.

Catechismus
Vbiquitistius
Georgi
Altenrabi /
fol. 14.

Wirtshausern / Käsen / Stricken / &c. Ja inn dem
Teuffel selbst / &c.

LXXXV.

*Dum item sic colligunt: Si (Christus Homo) ubiq;
est, in lapide, lignis, latrinis, cloacis (Satanae verba
narro, blasphemiam detestor) & alijs locis ac membris
est, quæ nominare erubescimus.*

LXXXVI.

*Quia enim eadem & Christi Hominis, & aeterni λόγος
est πανταπαρσία, quam tamen hic ex essentia sua conditio-
ne habet, ille vero ex unionis gratia in temporis demum
plenitudine accepit; non prius in omnipresenciam hu-
mana Christi natura collectiones & absurda ista quadrare
evincunt, quam, quod ipsi etiam Deo, ob Essentia infinita-
tem omnipresenti, assignanda sint, demonstraverint, id
quod, ob descriptionem paulò ante appositam, & ex rerum
omnium cum Deo institutâ comparatione mutuatam,
ad Calendas Gracas prestabunt.*

LXXXVII.

*Quid multa? Finimus cum Hildeberto termini
hujus ἐξῆρον, & Deum sic ubiq; presentem dicimus, ut sit:
super cuncta, subter cuncta. Extra cuncta, inter
cuncta: Subter cuncta, nec substratus: Super
cuncta, nec elatus: Intra cuncta, nec inclusus:
Extra cuncta, nec exclusus: Extra, totus comple-
ctendo: Intra, totus incomplendo: Intra, nu-
squm coarctatus: Extra, nusquam dilatatus:
Subter nullo fatigatus: Super nullo sustentatus,
&c. Plura desiderantem, Majestatem scrutari jube-
mus, ut opprimatur à gloria.*

88. Restat

Wittakerus in
concione ulti-
ma, affixa tra-
ctat de Ecclesia
pag. 16.

Vincentius
lib. 25.

Proverb. 25. v.
27.

LXXXVIII.

Restat alter τῆς ἑνότητος terminus, Christus θεοῦ ὄντος, quo ipso Salvatoris nostri dulcissimi personam, è duabus, Divinâ videlicet & humanâ, naturis constantem, denotamus.

LXXXIX.

De distinctarum harum naturarum veritate, earundemq; unione, singulariter mirabili, & mirabiliter singulari, fusius hoc loco non agemus: modò illud sartum telum maneat, & naturas base, earundemq; proprietates, per unionem absorptas, conuersas, aut abolitas non fuisse, & nihilominus tamen verâ ad seinvicem ὁμοῦ καὶ ἑνῶς gaudere.

X C.

De divinâ Christi naturâ, ejusq; apud omnes omninò creaturas presentia, nullus, quod sciamus, verè Christianorum licet hætenus movit: Christi verò Homini apud omnes ubiq; creaturas presentia, summo studio, atq; utinam successu minus felici, sese gens sacramentaria bodiè opponit, in cujus gratiam, quo sensu pbrasin hanc, Christus Homo est ubiq;, vel omniprensens, accipiamus, tribus, quod dicitur verbis adhuc aperiendum erit.

X C I.

Tenendum itaq;, de Christo homine predicari primò merè naturalia & physica, ut, quod carnem habet & sanguinem, quod loco physico, sive extrinsecus ambiente, fuit circumscriptus, quod comedit, bibit, & quæ ejus generis sunt alia.

X C II.

Praterè, cum ex mortuis jam resuscitatum Christum consideramus, et si quidem substantiam animæ & corporis, ut ἰδιώματα συνήκα τῆς φύσεως non amisit: τὰ πάρεργα τῆς φύσεως (ut Damascenus illa nominat) non parum immuta-

lib. 1. Ortho-
dox fid. cap. 4.
& 12.

immutata fuisse, non possumus non agnoscere.

XCIII.

Cum enim nos ex resurrectione mortuorum, privilegia ingentia simus consecuturi, ut quod futuri sumus ἰσχυροί: habituri corpora incorruptibilia, gloriosa, fortia & spiriualia: Quis Christo capiti nostro, cui corpora nostra σῦμμορφά fore Apostolus pronunciat, hanc glorificatorum corporum præminentiam detrahere præsumet?

XCIV.

Deniq; præ aliis omnibus hominibus atq; Angelicis potestatibus, peculiare hoc, & supereminens dignitatis, potestatis, majestatisq; fastigium, ex unione cum λόγῳ personali Christus Homo consecutus est, quod in ἁποστείσει τῶ λόγῳ infinita, & omnes ubiq; creaturas, omnipræsenter gubernante ac conservante, modo ac ratione, univèrsa sapientia humana planè impervestigabili, verè nihilominus, subsistit.

XCV.

Dicendo ergò Christum Hominem Omnipræsentem, non ad dona finita & habitualia, è principio naturali, proßatus diversitate, provenientia, respicimus: Sed unionis hypostatica effectum indigitamus, qui, inter alia, hic est, quod in unione personali, ex infinita & Omnipræsentis ἁποστείσεως τῶ λόγῳ realissimâ communicatione, Christus Homo omnia que in cælo & in terra sunt, sibi illocaliter actu personali habet presentissima.

XCVI.

Quinimò, cum extra λόγον Christi humanitas nec sit, nec etiam ἰσχυροῦς ἁπλοῦς cogitari aut fingi debeat, de humanâ naturâ, in se & seorsim consideratâ neutiquam agimus: sed Christum θεάνθρωπον totum, quoad utramq;

D

naturam,

Matt. 22. v. 30.
1. Corinth. 15.
v. 42. &c.
Philip. 3. v. 21.

naturam, in una communi *ὑπόστασει*, omnipræsentem profitemur.

XCVII.

Quo posito, non est quod de locutionibus istis abstractivis: Christus homo est omnipræsens: Humana Christi natura est omnipræsens: Caro Christi est omnipræsens &c. quis licet nobis superciliosè moveat, cum non, nisi de homine, filio Dei personaliter unito, & ad veram *ὑπόστασιν τῆς λόγῃ* communionem evecto, eodem plane sensu, quo caro Christi dicitur vivifica; filius hominis accepisse iudicium, &c. istas & similes loquendi formulas usurpemus.

XCVIII.

His ita hæcenus explicatis, priusquam τὸ κεινόμενον, de quo inter Sacramentarios & Orthodoxam Christi Ecclesiam hodiè controversatur, apponimus, quedam, quæ vel in questionem non veniunt, vel à nobis etiam hoc in negotio non conceduntur, prius removenda, tandemq; thesis Orthodoxa recitanda erit.

XCIX.

Initiò itaq; de Omnipræsentia Christi juxta divinitatem hoc loco non quarimus. Qui enim per naturam infinitus & immensus est, à creaturis uspiam abesse (quod generalem illam præsentiam attinet) dici non potest.

Porro, neq; hoc à nobis asseritur: quod Christus homo ex proprietate naturæ suæ ubiq; præsens sit. Quia enim naturam Christi humanam essentia sua finitate etiamnum terminari docemus, eandem hoc respectu & in suis principiis naturalibus consideratam, omnipræsentem non esse fatemur.

CI.

Sed nec

Concil. Ephesin
can. 11.
Iohan. 6 v. 15.
Iohan. 5. v. 27.

Sed nec, ulterius, corpus Christi, tanquam immensam aliquam molem, per omnia loca expansam, diductam, diffusam, distractam, vel, sicut Damascenus loquitur, συμπαρεπτενομήλω, seu corporaliter coextensam asserimus. Talis enim cum omnipresentia *ὑποστάσεως τῆς λόγῳ*, carni per unionem communicata, ratio non sit, non est, cur hujusmodi crassam Christi hominis *πανταπαρουσία* quisquam nobis affricet aut affingat.

CII.

Præterea neq̄, hoc statuimus, quod Christus homo in diebus carnis, & statu exinanitionis, omnipresentiam actu secundo plenè exercuerit, et sic eundem omnes omninò creaturas in omnipresente *λόγῳ* sibi indistanter presentes habuisse, baudquaquam inficiamur.

CIII.

Quod ut rectius declaremus, usitatam distinctionem, inter *κτίσιν καὶ χεῖρισιν*, sive, ut hodie nonnulli loquuntur, inter omnipresentiam per indistantiam, & Omnipresentiam per efficaciam (quam etiam Imperialem aly nominant) hic accommodandam censemus.

CIV.

Insuper Christum hominem virtute tantum atq̄ efficacia, remota, seu separata nature humane substantia, universis creaturis adesse, adeoq̄ absenter res omnes gubernare itidem inficiamur. Fundamentum namq̄ & causa hujus omnipresentie, que est personalis in omnipresenti *λόγῳ* subsistentia, & ad dextram Dei, ubiq̄ presentem, e-
βεβητο, ut absentem hujusmodi *κοβέβησι*, statuamus, nequaquam permittunt.

CV.

D 2

Dcnig₂

Vide Chemnit.
de unione hy-
postat. cap. 30.

Phil. Nicol. lib.
2. de Omnipre-
sentia Christi
cap. 3. fol. 482.

Deniq; præsentiam Christi hominis non tantum Ecclesie finibus terminari, sed ad omnes omnino, etiam extra Ecclesiam, creaturas, pertingere, indeq; non multipræsentiam tantum, aut multivolipræsentiam, sed omnipræsentiam eandem expresse etiam nominamus.

CVI.

Superioribus ita declaratis, vel tandem de Christi Hominis *πανταπρεσία*, nostratium Ecclesiarum orthodoxam ascribimus, sententiam, qua sic habet.

CVII.

Christus integer, Deus & Homo, in unâ indivisa persona, omnibus in universum creaturis revera præsentissimus. Illasq; etiam juxta humanam naturam, ex quoad dextram Dei exaltatus est, præfenter sultentat, conservat & gubernat, cujus assertionis negativam, uti Sacramentarios suam facere, superius edocti sumus: ita nostri officij esse agnoscimus validissimis quibusdam fundamentis affirmativam nunc porro asserere.

CVIII.

Primum proinde assertionis nostræ fulcimentum, clara & perspicua scripturæ testimonia, quarum aliqua saltem recensebimus, suppeditabunt.

CIX.

Psalmita, de Majestate, & Omnipræsentie Christi gubernatione (Christo & Apostolis psalmum hunc eo accommodantibus) ita alicubi modulatur: Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum? &c. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum: OMNIA subjecisti sub pedibus ejus

Membrum Secundum.

1.

Matt. 21. v. 16.

Heb. 2. v. 6.

1. Cor. 15. v.

27.

Psal. 8. v. 5. 6.

7. 8.

bus ejus, &c. *Idem alias Christum in medio inimicorum suorum dominari profitetur.*

Psal. 110. v. 2.

C X.

Danieli Prophetæ *hujusmodi offertur visio, in qua ad Antiquum dierum, quendam cum nubibus cœli, quasi filium hominis pervenisse commemorat, eidemq; potestatem æternam & regnum nunquam interituum datum esse, scribit, quam visionem, de Christo Jesu, mundi Messia & judice, unice accipiendam esse, clarissima judicij circumstantia, in N. Testamento à judice ipso plenius explicata, ut & concors Antiquitatis consensus ostendit.*

Dan. 7. v. 9. & 14.

Matt. 25. &c.

C XI.

Apud Matthæum Salvator noster in medio duorum vel trium in nomine suo congregatorum, sese affuturum; itemq; se unâ cum discipulis suis usq; ad consummationem sæculi futurum, perspicue asseverat.

Matt. 18. v. 20

Matt. 28. v. 20

C XII.

Marcus Evangelista Dominum (*Christum puta θεαυθρωπον*) Apostolis VBIQVE prædicantibus cooperatum fuisse, & sermonem illorum signis subsequenter confirmasse scribit.

Marc. 16. v. 20.

C XIII.

Christus *ipsemet* Hierosolymis Nicodemo *visibiliter astans*, se, ut Filium Hominis jam tum in cœlo esse, & de cœlo descendisse, dicit.

Iohân. 3. v. 13.

C XIV.

Apostolus Paulus, Christum Jesum à mortuis suscitatum, & caput super omnia ipsi Ecclesiæ, quæ est corpus & plenitudo illius, datum esse, ipsumq; omnia in Omnibus adimplere testatur.

Ephes. 1. v. 22 & 23.

CXV.

Hoc ipsum in eadem Epistola repetit, afferens:
Ephes. 4. v. 10. Quod Christus ascenderit super omnes cœlos,
ut adimpleret omnia.

CXVI.

Alibi Scriptura, Christum Pontificem nostrum,
Heb. 1. v. 26. cœlos sic penetrasse pronuntiat, ut eo ipso ὑψιλότερος
ἐγενῶν fit factus.

CXVII.

Huic dictorum scriptura cumulo, adde presentiam,
Matt. 26. v. 26. *carnis & sanguinis Christi in cenâ, uno eodemq; momento*
Marc. 13. v. 22. *in diversissimis longissimèq; distantis locis, in terrâ admini-*
Luc. 22. v. 19. *strata, quam primæva cœna, à tribus Evangelistis descri-*
1. Co. II. v. 24. *pta, institutio; Pauli insuper, post Christi exaltationem*
repetita Confessio, ἀναπαράλητος evincit.

CXVIII.

Ex his & similibus Scriptura testimoniis, non distri-
butivè, sed συνῆβδλω & collectivè sumptis, ita inferimus.
Quicumq; 1. est constitutus super omnia opera
manuum Dei, ita ut omnia pedibus suis habeat
subjecta; 2. Dominatur (*presens sc.*) in medio
inimicorum; 3. potestatem accepit æternam, &
regnum nunquam interituum; 4. Est in medio
duorum vel trium in Ecclesia congregatorum;
5. Adest UBIQUE ministris suis, ijsq; coope-
ratur; 6. Est simul & semel, uno ac eodem mo-
mento in cœlo & in terra; 7. Implet insuper O-
MNI A; 8. Et cœlis Excelsior est; 9. Eodem
deniq; tempore in multis locorum millibus, cor-
pus sanguinemq; suum in terra manducandum &
biben

bibendum offeri; is certè non in cœlo tantùm esse dici potest: sed omnibus ubiq; creaturis intra & extra Ecclesiam præsentissimè adest, ijsq; potenter dominatur. Atqui hæc de Christo ^{θεανθρώπων}, ad eòq; etiam juxta humanam naturam, ^{ἢ λόγῳ} personaliter unitam, ^{διαζώηθῃ} scriptura pronuntiat.

Ergò.

CXIX.

Major ad eò clara est, & perspicua, ut sua omnino luce radiet, rutiletq;. Ad minoris vindicationem pauca annotamus.

CXX.

Principio, quæ de Omnipræsentia Christi hominis, in statibus distinctis, diversitate supra protulimus, hoc loco vicissim inculcamus, & circa præsentis argumenti, ut & subsequen-
tium, resolutionem, distinctè applicanda monemus.

CXXI.

Et si enim plenariam totius Universitatis gubernationem Christo homini, in forma servi adhuc existenti, actu secundo non ascribimus: eundem tamen tunc quoq; eò quod ^{λόγῳ} omnipræsentem ^{ἀδιασώτως} unitus fuit, seq; in cœlo simul & terrâ adesse est professus, omnes omnino creaturas in ^{λόγῳ} habuisse præsentem, & ^{λόγῳ} quoties gloriæ Divinæ manifestatio requisivit, pro libitu cooperasse, denuò asserimus.

CXXII.

Præterea non est, quod ad alterutram, & quidem Divinam saltem naturam allegata dicta Sacramentarius quispiam detorqueat: quandoquidem de toto Christo in locis citatis agi, non solum voces, personam integram indubie denotantes (Christus, puta, EGO &c.) perspicue ostendunt: verùm et jam expressa mentio Hominis, filij
homi-

Thef. 102. &
103.

Iohan. 3. v. 13.

hominis, humanam Christi naturam ab omnipresencia
isthac secludendam non esse, luculenter demonstrat,

CXXIII.

Nec cujusquam, ad elusionem hujus declarationis, est
valoris, quod Adversariorum nonnulli illud Christi Jo-
hann. 8. v. 58. Antequam Abraham esset, ego sum, hic
obijciunt, indeq, τὸ ΕΓΩ, non de Christo θεανθρώπων,
sive secundum utramq, naturam: sed de solâ Divinitate
tantummodò accipiendum esse, inferunt.

CXXIV.

Disparem enim istius loci, à reliquis allegatis, condi-
tionem, vel inde observare licet, quod hi de personâ Christi:
ex duabus naturis jam composita, expresse, & non raro et-
jam, adjectâ speciali humana natura mentione, agunt:
iste verò personam Christi ἀσύνθετον, qualis nimirum ante
incarnationem & Abrahâ tempora fuit, describit; quam
textuum pronominatorum diversitatem, adversarij per
Elenchum parium, aut non animadvertunt, aut etjam stu-
diosè (ut ne quid dicamus gravius) involvunt.

CXXV.

2. Secundum fundamentum, quod thesi nostre Ortho-
doxa substernimus, ex unione personali duarum in Chri-
sto naturarum est depromptum, cujus evidentiam, firmit-
tatem & valorem ut rectius cognoscamus, paucula qua-
dam pralibanda veniunt.

CXXVI.

Est, citra controversiam Dei in carne manifesta-
tio, magnum pietatis mysterium; πάντων καινῶν
(juxta Damascenum) καινότητος, τὸ μόνον καινὸν ἐπὶ τὸν
ἄλιον: Quinimmodò mysterium est ὑπερ ἴδεν, ὑπερ λόγον, ὑπερ
κατάληψιν

Beza Volum. I.
fol. 630. Vo-
lum. 3. fol. 92.
in edit. operum
anni 1582.

1. Tim. 3. v. 16.
Lib. 3. ortho-
dox. fid. cap. 1.

κατάληξιν κησῆς φύσεως, ut Justinus martyr jam o-
lism scripsit.

In Exposit.
Symboli.

CXXVII.

Omissa autem plena & methodica unionis duarum,
in Christo naturarum, indeprovenientis tam natura-
rum, quam ιδιωμάτων, communionis explicatione, quae al-
terius est loci; illud, tanquam probationi nostrae maxi-
mè conducens, hic potissimum annotandum venit, ut &
varij unionis modi, ab hoc mysterio, planè εξαγέτω, alieni
removeantur, & quousq; tandem humanitas (ut Atha-
nadius habet) in Deum sit assumpta, praevisano sano sa-
nae Ecclesiae sono, probè expendatur.

In Symbolo.

CXXVIII.

Varias unionis diversarum rerum formas, ab hoc
negotio alienas, recenset praeclearissimus Chemniti-
us, cum duas vel plures res sibi indicem jungi dicit,
κατά διαφθορῶν, κατά μεταβολῶν, κατά σύγκρισιν, κατά
σῶρον, κατά πρῶσιν, κατά χείριν, κατά ἀρμονίαν, κατά
χάριν, κατά δόκασιν, &c. quibus unionem trium in Divini-
tate personarum substantialem, uxoris & mariti carna-
lem, Spiritus Sancti & fidelium Spiritualem, anima de-
niq; humana & corporis naturalem addit.

In lib. de unio-
ne hypostat.
cap. 7.

CXXIX.

Hos conjunctionis modos omnes & singulos, ad ὁμο-
μάτωσιν filij Dei describendam, inutiles partim, ex parte e-
tiam insufficientes esse, nos quoq; agnoscimus.

CXXX.

Et si enim corporis & anima humana combinatio ad
explicationem hujus mysterij rectè fuit adhibita: per o-
ε
mnia

Athan. in Sym-
bolo.

omnia tamen eam huc non quadrare, vel sola, duarum in homine partium substantialium, separatio, quæ in morte hominis accidit (ut alia taceamus) sufficienter ostendit.

CXXXI.

Damascen. lib.
3. cap. 2. Con-
cil. Chalcedo-
nense.

Hanc unionis Personalis, ab alijs conjunctionum speciebus disparitatem perpentes scriptores Ecclesiastici, duas in Christo naturas κατὰ ὑπόστασιν ἰσοϋχίως, ἀτέλειως, ἀναλλοιώτως, ἀδιασέτως, καὶ ἀδιασείτως sibi invicem unitas esse statuerunt, seq̄, hisce loquendi formulis à castris Samosateni, Nestorij, Eutychis, aliorumq̄ hereticorum, longissimè abesse, sunt testati.

CXXXII.

Vtq̄, clarius adhuc mentem Ecclesia hic explicemus: Sic in unam ὑπόστασιν duas Christi naturas convenisse dicimus, ut initio humanam per se ἀνυπόστατον, infinitæ hypostasios Filij Dei verè participem factam profiteamur.

CXXXIII.

Colof. 2. v. 9.

Cumq̄, hæc filij Dei ὑπόστασις, ob naturæ suæ simplicitatem ἀμέριστος sit, & in partes minimè dividua, totaliter totam assumptæ humanitati unitam agnoscimus, inq̄, Christo, juxta Apostoli effatum πάντῳ ὡς ἕνα τῆς θεότητος habitare, firmiter tenemus.

CXXXIV.

Vnde porrò, cum λόγος in se sit illocalis (quippe infinitus): ob totalem hanc sui naturæ assumptæ factam communicationem, eandem supra omnia locorum, διαστημάτων, circumscriptionum, dimensionum atq̄, expansionum naturalium terminos longissimè evectam esse, & in Omnipresenti λόγω, sibi quoq̄, omnia & singula, à primo ad eò unionis per-

nis personalis momento habuisse presentia, manifestum
evadit.

CXXXV.

Sic ergo ex precedentibus rursus inferimus: Quod
in ubique presentem ^{ὑπόστασιν} sic totaliter est as-
sumptum, ut ei toti (quippe partem extra par-
tem non habenti) ^{ἀδιασπαιτως} sit unitam, hoc est om-
nipræsens. Atqui in Christo ^{θεοθεώσω} humana
natura unione personali cum æterno & infinito
λόγω, in ubique presentem ejus ^{ὑπόστασιν} totam
totaliter sic est assumpta, ut ei ^{ἀδιασπαιτως} sit unita.
Ergo.

CXXXVI.

Que de λόγω totaliter incarnato, & totaliter et-
jam extra carnem existenti sive ^{ὑπόστασιν} contra <sup>ὑπο-
πώσιν</sup> ^{ἑκκεκινόντων} λόγων Zanchius, Pezelius, Jose-
phus Grabius, pretextu autoritatis Augustini,
superioribus annis incrustarunt, ad publicum consuetum
brevitatis studio rejicimus.

CXXXVII.

Ad tertium argumentum properamus, à sessione ad
Dextram Dei (que summa ac ^{θεοπεπρωσάτι} majestatis glo-
riæq; Christi est declaratio) mutuatum, quod sic insti-
tuto nostro rectè accommodaverimus, si; quid dextera
Dei in scripturis dicatur; quid item ^{τὸ} SEDERE
ad Dextram Dei sit; & juxta quam deniq; naturam
de Christo illud dicatur, paucis demonstraverimus.

CXXXVIII.

Dextera initio Dei non est fingenda materialis, li-
neis ac figuræ cuiuspiam humane assimilata, qui Antro-
pomorphitarum olim furor fuit. Spiritus enim
cum sit.

E 2

3.

August. tom. 6.
ad Quod vult
Deum heresi,
50.
Johan. 4. v. 24.

cum sit Deus, essentia infinita, simplicissimaq; partem cum extra partem non habere, nec *πρόσῳτι* dicendum esse, est manifestissimum.

CXXIX.

Est verò ea nihil aliud, quam Deus ipse, Essentia Omnipotens, immutabilis, infinita, & Omniprensens, quam descriptionem perspicua scriptura testimonia egregiè confirmant.

CXL.

Luc. 22. v. 68.

Matt. 25. v. 31.

Apoc. 5. v. 13.

Psa. 118. v. 16.

Exod. 15. v. 6.

Ph. 139. v. 7. &

8.

Psal. 77. v. 11.

Psal. 110. v. 2.

Est. 40. v. 12.

Dicitur in scripturis dextera τῆς δυνάμεως τῆ θεῶ, τῆς μεγαλοσύνης, *τρενὺς Θεῶ*, dextera faciens virtutem, percutiens inimicos, potens immutare omnia, ubiq; apprehendens fugientes, imperans in medio inimicorum, palmo cœlos dimetiens; que omnia infinita atq; illocalis majestatis Divinae sunt elogia.

CXLI.

Tò SEDERE porrò ad dexteram Dei, non desitu aut positu aliquo locali accipitur: sed plenarium potestatis Divinae usum, omniumq; creaturarum presentissimum, & aeternum duraturum dominium denotat.

CXLII.

Psal. 110. v. 2.

I. Cor. 15. v.

25.

Ephes. 1. & 4.

Sic Apostolus pbrastru hanc, in verbis istis Davidis: Sede à dextris meis, intellexit, quando eam sic reddidit: ut Christo regnandum esse diceret, donec omnes inimicos sub pedibus suis ponat; dum item Christum ad dexteram Dei in cœlestibus constitutum esse, & per id omnia pedibus suis subjecta habere, omniaq; in Omnibus adimplere, scribit.

143. juxta

CXLIII.

Juxta quam deniq; naturam Christus ad dexteram Dei sedeat, exinde, quod in tempore, & ex gratia, sessio hac illi obtigisse creditur, quod item exaltationem describit, & humiliationis statui, in serie articulorum fidei subjungitur, non obscurum est colligere.

CXLIV.

Quicquid enim scriptura dicit accepisse filium in tempore, & ex gratia, propter humanitatem dicit, non propter divinitatem; siquidem, juxta illam in temporis demum plenitudine esse cepit; hujus quoq;, non ut assumptis, sed tanquam assumpti, proventus est; & juxta hanc priores fidei articuli, de nativitate, crucifixione, morte & sepultura. (atq; ea propter etiam posteriores hi) veniunt intelligendi;

CXLV.

Praclare hac de re Athanasius alicubi: Sede, inquit, à dextris meis, de corpore Dominico dicta sunt. Si enim omnia implet Deus, inquam sede fedet? Corpus ergo est, cui dicit: Sede à dextris meis.

CXLVI.

Et Theodoretus: Non tanquam Deo dicit, Sede à dextris meis. Quomodo enim? Thronus enim ejus est in seculum seculi. Ut homo ergo hujus est honoris particeps. Ut Deus enim habet æternam sedem.

CXLVII.

E 3

Ex dictis

Athanas. Orat.
4. contra Arianos.

Leo Epistol. 1 r

Apud Theodoretum, tomo secundo, dialogo secundo.

Tom. 2. in 1. cap. ad Hebræos circa finem,

Ex dictis hoc modo rursus inferimus: Qui sic est in illocali & infinita Dei dextra, ut super cuncta erectus, omnibus creaturis potenter dominetur easq; gubernet, is est omnipræsens: Atqui de Christo homine ista, juxta scripturarum & venerandæ antiquitatis testimonia, verè dicuntur. Ergò.

CXLVIII.

4.

Quartum fundamentum, Cultus religiosæ adorationis, Christo beatus, & ωωω juxta utramq; naturam verè competens, subministrat, è quo sic libet concludere: Qui cultu religiosæ adorationis rectè colitur, ubiq; præsens sit, necesse est: At Christo homini competit adoratio religiosa. Ergò.

CXLIX.

Majoris consecutio è fine & scopo adorationis est planissima. Exaudire enim preces supplicum, iysq; ubi vis locorum, in terra & mari, in alto & profundo, in deserto aut civitate &c. opitulari, non absentis est, sed efficaciter præsentis.

CL.

Libro de Isaac & anima.

Cumq;, juxta Ambrosium, Christus sit os nostrum, per quod patri loquimur; oculus noster, per quem patrem videmus; dextera nostra, per quam Patri offerimus: malè utiq; nobiscum ageretur, si uspiam juxta eam, qua similis nobis factus est, naturam, à supplicantibus suis cum abesse, statuendum foret.

CLI.

Minor, etsi à Sacramentarijs blasphemè negatur, ijs tamen

ijs tamen scriptura & Ecclesia Orthodoxa gaudet suffragijs, qua fidei simplicitati non possunt non abunde satisfacere.

CLII.

Apostolus Paulus Christo ex gratia (*atq; sic juxta humanitatem*) nomen supra omne nomen datum esse scribit, ut in nomine JESV Nazareni, secundum carnem gloriose exaltati, omne genu sese flectat, caelestium, terrestrium & infernorum.

Phil. 2. v. 9. &
10.

CLIII.

Alibi scriptura, de AGNO QVI OCCISVS est, pronunciat, quod dignus sit accipere virtutem, & divitias & sapientiam, & fortitudinem, ET HONOREM, & gloriam, & benedictionem.

Apoc. 5. v. 12.

CLIV.

Expendens idipsum D. Stephanus, Jesum, quem plenus Spiritu viderat, juxta glorificatam carnem, a dextris Dei stantem, in extremo agone fideliter invocat, eiq; Spiritum suum commendat.

Act. 7. v. 59.

CLV.

Ego (*babet B. Augustinus*) Dominicam carnem, immò perfectam in Christo humanitatem ideò adoro, quod à Divinitate suscepta, & Deitate unita est, ut non alium & alium, sed unum eundemq; Deum & hominem Filium Dei esse, confitear. *Et paulò post ibidem: Deum verum, & hominem verum si quis adorare contempserit, æternaliter morietur. Eadem vide apud Damascenum lib. 3. cap. 8. Theodoret. dialogo. 2. Athanas.*

in 14. Iohan. sermon. 58. de verbis Domini.

Athanas. orat. 5. contra Arianos. Ambrosium de Spiritu Sancto lib. 3. cap. 12. & alios.

CLVI.

In exam. libri
Chemaic. c. 29.

Lamberti proinde Danæi, Christum secundum carnem adorantibus, maledictionem denunciandi, ut & complicitum, blasphemum, limatissimum D. Cyrilli, à Concilio Ephesino adversus Nestorium approbatum, opponimus iudicium, in quo etiam hoc loco, ad portum properantes, acquiescimus.

CLVII.

Anathematis 8.

Sic verò illud sonat: Si quis dicere præsumit, assumptum hominem coadorari Deo verbo & conglorificari Deo (minori sc. quam qui Deo exhibetur cultu) tanquam alterum cum altero (syllaba enim Con hoc intelligi cogit) & non potius VNA ADORATIONE adorat IMMANUELLEM, secundum quod verbum Caro factum est, anathema sit.

CLVIII.

5.

Quintum & ultimum argumentum, ex Orthodoxæ Antiquitatis consensu est desumptum, quod etsi ejusdem, cum precedentibus, auctoritatis non esse, ipsimet lubenter fatemur: suo tamen loco à veritatis sectatoribus in Ecclesia magnificari debet.

CLIX.

Eccles. 39. v. 3.
Jerem. 6. v. 16.

Sermos. contra
Sabellium &
Arium.

Spiritus Sanctus cerè Sapienciam antiquorum rimari, semitas antiquas quærere, & ex ijs, quæ sit via bona, investigare jubet, unde omnino, non quod novitatem redolet, aut nobis placet, sed quod complacet Domino, & scripturis est consonum,
ET PA-

ET PATRIBUS NON EST CON-
TRARIUM, Basilio ita monente, sectari convenit.

CLX.

Non est autem nostri instituti, omnia ac singula Pa-
trum hac de re dicta hoc loco comportare: sequentia, circa
uberiorem argumenti presentis illustrationem, annotasse
satis sit.

CLXI.

Initiò certum est, ὁ ὄρθαλιος Φωρεγῶσα nostris vel mil-
lies demonstratum, venerandum Patrum eborum, Chri-
stum Hominem certo cæli loco ita nequaquam includere,
ut etiam substantiâ suâ carnis in terris nullibi reperiaturs;
id quod è concordantibus Antiquitatis sententijs, de verâ
ac reali presentia corporis ac sanguinis Christi in cœna,
hisce in terris administrata, nullo negotio ostendi potest.

CLXII.

Utq; de effati hujus veritate lector Christianus minus
ambigat, ad Sententias sanctorum Patrum, de cœnâ
Domini, bonâ olim fide à Philippo Melanrhone,
recitatas, ut ἔ Fundamenta Cœnæ Oculatissimi
Chemnitij, eundem, brevitatis studio, remittimus.

Anno 1530.

cap. 10.

CLXIII.

Præterea, illud quoq; in confesso est, Divina Ma-
jestatis communicationi, Christo Homini, ex unione cum
λόγῳ personali, verissimè competenti, Patres unanimiter
subscripsisse, quâ de re toties, suo merito, citati D. Chem-
nitij librum de duabus naturis in Christo, earun-
demq; hypostatica unione &c. ut ἔ Patrum testi-
monia, Formulæ Concordiæ magno numero subnexa,
veritatis studiosos penitius ἔ in timore Domini, introspe-
cere jubemus.

cap. 25.

F

164. Deniq;

CLXIV.

Deniq̄, in gratiam veritatis specialia etiam nonnulla, praeclarissimorum Ecclesiae antiquioris luminum, de Omnipraesentia Christi hominis, subjungimus testimonia.

CLXV.

Ad Marcellam.

1. Hieronymi, *quod ita habet*: Stultum est, illius potentiam unius corpusculi parvitate finire, quem non capit caelum, & tamen, quod **VBIQVE** erat, **ETIAM IN FILIO HOMINIS TOTUS ERAT**. Divina quippe natura & Dei sermo, in partes secari non potest, nec locis dividi, sed cum ubiq̄ sit, totus ubiq̄ est.

CLXVI.

In cap. 19. Iohannis.

2. Theophylacti: Sanctum Christi corpus, *inquit*, indivisibile est, & dividitur & communicatur, in quatuor partes orbis. Distributus enim singulis, & uniuscujusq̄ animam sanctificans cum corpore, **PER CARNEM SVAM**, unigenitus, & integer, & indivisus in omnibus est, **EXISTENS VBIQVE**.

CLXVII.

Tom. 5. lib. 7. in cap. 10. Lucae § 4.

3. Ambrosij: Quando reverteris Domine, nisi in die iudicij? Nam licet **VBIQVE SIS SEMPER, & STANS IN MEDIO NOSTRVM** non cernaris à nobis, erit tamen tempus, quo universa caro te aspiciat revertentem.

CLXVIII.

In Sermonib. de coena Domini.

4. Bernhards: **TOTVS & INTEGER** sedes ad dexteram Patris, qui etiam unius horae momento,

momento, ab ortu Solis usq; ad occasum, ab aquilone usq; ad austrum **PRÆSTO ES OMNIBVS**, unus in multis, idem in **DIVERSIS LOCIS**,
CLXIX

5. Cyrilli: in quatuor partes vestimenta Christi divisa sunt, & tunica sola indivisa mansit. Nam quatuor orbis partes ad salutem reductæ, indumentum **VERBI**, id est **CARNEM** ejus impartibiliter inter se partitæ sunt. In singulis enim partibiliter transiens unigenitus, & animam & corpus eorum per carnem suam sanctificans, **IMPARTIBILITER** atq; **INTEGER IN OMNIBUS EST**, cum unus **VBIQUE** sit, nullo modo divisus.

CLXX.

6. Paschafij: Corpus Christi, quia Divinum, est Omnipotentia plenum, **VBIQUE PRÆSENS**, **VBIQUE OMNIA** complens.

CLXXI.

7. Oecumenij: Etenim nudâ quoq; Divinitate olim omnia implebat. Et incarnatus, ut **OMNIA CVM CARNE IMPLERET**, descendit & ascendit.

CLXXII.

8. Chrysofomi: Num quia in multis locis offertur hoc sacrificium, multi Christi sunt? Nequaquam. Sed unus **VBIQUE** est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus. &c.

F 2

Gradum

Lib. 12. in Iohannem.

Lib. de Sacramento Eucharistia.

In cap. 4. ad Ephes.


In cap. 10. ad Hebræos, hōmil. 17.

CLXXIII.

Gradum hic sistimus, & Christum θεανθρωπον, creaturis omnibus ubiq̃, presentissimum, ardentibus votis oramus, ut, vespera mundi appropinquante, Ecclesia sua, inter tot hereticorum hostiles planè incursiones, crudeliter devexate, misereri, eamq̃, vel tandem, glorioso suo ad iudicium adventu, in aternas illas, passione ac morte sua, acquisitas mansiones, clementer translocare, & amplexu maritali artissimo suavissimoq̃, aternum reficere velit. AMEN.


Soli Deo Gloria.














LXXXVII.

Christus etiam PRO IMPIIIS mor-
tuum carnis suæ in crucis ligno
tium nostrum exactori reddidit.
latronem fecit confessorem, ut
rum restauraret ruinam, videte
nem Diabolus possederat homi-
IIXC.

lib. 2. cap. 6
de Symb.

lubitanter credamus, quod To-
redemit, qui plus dedit, quàm to-
eret. Meritum enim redemptæ
tas insignis pretii supergressa est.
um & redimentem dispensatio
io non fuit. *Et paulò antè:* Hodie
er in staterâ crucis pretium no-
endit, & unâ morte UNIVERSUM
omnium Conditor, ita OMNIUM
solvit.

De temp.
sermon. 114

IXC.

alexandrini: Cum per exaltatio-
cruce eiectus sit princeps mundi
OMNIBUS, per crucis vexillum de-
risto Dæmoniacas cohortes, ut
m vicerat serpens antiquus pri-
nde IN OMNESTRANSIVIT MORS: ita
um idem vinceretur per secun-

lib. 8. in Jo-
han. c. 17.

6. Cbry-